

Rustica Academiae Oxoniensis nuper Reformatae descriptio,
in Visitatione fanatica, Octobris sexto, &c. Ann. Dom. 1648. cum Comitiis ibidem Anno sequente: Et aliis notatu non indignis. Doctore Alibone, nuper Lincolniae Oxon. Authore.

- 1 **R**umore nuper est delatum,
Dum agebamus Ruri,
Oxoniam iri reformatam
Ab iis qui dicti puri.
- 2 Decrevi itaq; confestim,
(Obstaculis sublatis)
Me Oculatum dare testem
Hujusce novitatis.
- 3 Ingressus Urbem juxta morem,
Scrutandi desiderio;
Nil præter maciem & squalorem,
Fœditissimum comperio.
- 4 A Decio in specum jacti, *acti*
Qui tantum dormierunt,
Post Seculum expegefacti,
Tot mira non Viderunt.
- 5 Erectas illi crebras cruces;
& Tempa conspexere,
Quæ præsertim pietatis duces
Tunc primum construxere.
- 6 Nos autem sanctiora nuper
Incidimus in secula,
Qui Tollunt ista, tanquam *Super-*
stitionis Symbola.
- 7 Ad Scholas primum me trahebat
Comitiorum Norma,
Quis olim quisq; prægebat
Solenniter pro forma.
- 8 Exspecto Regios professores,
Comparuere nulli:
Nec illic adsunt *Inceptores, usquam*
Nec Toga, nec cucullus.
- 9 Calcavi Atrium Quadratum,
Quo Juvenum examen
Confluxit olim, Video præter
Quod densum tegit gramen.
- 10 Adibam lubens Scholam Musices,
Quam Fæmina & Joci
Ornassent pridem, sed *Tibicines*
Jam nusquam erant loci.
- 11 Conscendo Orbis illud decus,
Bodleio fundatore:
Sed intus erat nullum pecus,
Excepto *Fantore*.
- 12 Neglectos Vidi Libros multos,
Quod minime mirandum:
ter Nam inter *Bardos* tot & *Suatos*
em There's few could understand 'em.
- 13 Dominico sequente die,
Ad sacra celebranda,
Ad ades propro *M A R I Æ*:
Nam *D I V Æ* vox nefanda.
- 14 Tenebar mox intrandi metu,
Solicitus ut ante:
Ab Sed frustra prorius, nullo Cætu
Introitum negante.
- 15 Ingressus sedes senioribus
Togatis destinatas:
Videbam *Cocis*, & *Sartoribus*,
Et *Lixis*, Usurpatis.
- 16 (a) Procancellarius recens prodit,
Cui satis *literarum*,
Quod Vero quisq; probus odit,
Est *Conscientiæ parum*,
Conscientiæ hæbet parum.
- 17 Procuratores sine Clavibus,
Quærentibus offendas:
Bedellos novos sine *Stravibus*;
Res protinus ridendas.
- 18 Suggestum conscendebat (b) *fungus*
Infulsa quæq; fundens:
So dull a fool was ne'r among us,
Pulvinar sic consuendens. *que*
In Buceam quicquam exultavit;
- 19 Quicquid in *Buccham* evenavit,
Minaci utens dextra, usque
Boatu magno effutivit,
Et nunquam fuit *E X T R A*, *Rec*
unquam
- 20 Defessus hæc *Dulmanitate*,
Decrevi Venerandos
Non adhuc pulfos Civitate,
Amicos *Visitandos*, *Substantos*.
- 21 Collegium petii *Animarum*,
Nunc proprie sic dictum:
Nam rerum hic corporearum
Vix quicquam est relictum.
- 22 Hic quæro (c) Virum suavitate
Omnimoda politum:
Responsum alibi ingrate,
C U S T O D E M Custoditum.
- 23 Ad *Corpus Christi* flecto gressum,
Qua brevitate possum,
Jurares novis probris pressum,
Et *furibus* confossum.
- 24 *Ecclesiam Christi* suscipi deq;
Jactatam, mox & Versam,
Et Sobolem, heu! longe lateq;
Percepimus dispersam.
- 25 Rogavi ubi sit (d) *Orator*,
Divinæ plane mentis:
Propon facinus! incarceratur
Facundæ decus gentis.
- 26 Hinc domum peto *præcursoris*,
Quem triste passum fatum,
Recenti narrant Vi tortoris
Secundo *Decollatum*.
- 27 Tam sancto (e) *præsidi* cadente,
Discipuli recedunt:
Et (f) *Cæcadamone* regente,
Nec bibunt jam, nec edunt.
- 28 Heu! pulchra domus, nuper læta
Dulcissimis fluentis,
Nunc *cæno* penitus oppleta
Canalis putrescentis.
- 29 Adire nolui *Trinitatem*,
Quam nostris prope stare:
Hæreticam Societatem
Ne Videar damnare. *deamare*
- 30 Nam tanta desolatione,
Quam quis nefandam dicit, *superbum*
Occurrunt nusquam Tres personæ
Scruteris usq; licet.
- 31 Reverso, Tristis fertur casus,
Et miserandum omen
Collegii, cui *Rubens Nasus*
Præ foribus dat nomen.
- 32 Dederunt (g) illi *Principalem*
Refores hi Severi,
Disforis Oculis, & qualem
Natura vult cavere.
- 33 Mox *Ædes* ingredi conatus
Non unquam *Senescens*,
Stupescens Audio ejulatus
Horrenda (h) *Sufficientis*.
- 34 Quod dulce nuper *Domicillum*
Ingenius alendis;
Nunc merum est *Ergastulum*, *Est idem*
Innocuis *Torquendis*, *merum nunc*
- 35 Ad *stemem* me recipio tandem
Fleus ipse *Magdalenam*: a
Et gemens video Eandem
Vacuitate plenam.
- 36 Quæ foelix dudum Ornabatur *duda*
Frequentibus Alumois,
Quæ suavitè innitebatur
Doctissimis *Columnis*.
- 37 Nunc lapsis fulcris queis *Vigebat*,
Videres humi *stragam*:
Et prole dentis quæ gaudebat,
En misere orbata.
- 38 Hæc sedes comptiores musæ
Quas habere sibi,
Nunc densis tenebris offusa:
Et *Zim*, & *Ozim* ibi. *Ohim*
- 39 Pro (i) *Præsidi* (cui quemquam parem
Vix *Æras* nostra dedit)
En vobis (k) *stulturnum Capularem*
Ad Clavum jam qui sedet. i
- 40 Quam vereor ne diro omine
Septem regrediantur
Dæmonia, divino numine
Quæ quondam pellebantur.
- 41 Quocunque brevier flectebam,
Aut dirigebam *Visum*:
Id totum induit quod *Videbam* *mor*
Aut *lachrimas*, aut *risum*.
- 42 Ingemui, dum viros video
Doctissimos *ejectos*: *Egregios*
Et contra, alternatim *rideo*,
Stolidulos *Suffectos*.
- 43 O pgbam reformandi *Artem*?
Quæ medicina datur?
Quæ curat, ut *curam partem*, *que*
Cum *Torum* excindatur; *ut*
- 44 Quadratos homines quæ jubet
Et doctos extirpandos;
Et *nebulones* prout jubet
Roumdos surrogandos. *sub*
- 45 Collegia petis? Leges duras
Habes, nil fas videri,
Præter *ædes* & *structuras*:
Scholares abierte.
- 46 Cullinas illic frigescentes,
Capellas sine precibus,
In Cellis cernas sistentes,
Et *Anlas* sine *Messibus*.
- 47 In Templis quæris *Conciones*,
Aut quicquid est *decorum*? *quicq*
Habebis *hæntationes*
Extemporaneorum.
- 48 Interea quid *epidani*
Wish all their quains *Devices* (e)
Qui novas hæc (male sani)
Exoptavere *Vices*?
- 49 Breſta *cornua* gerebant,
Dum montes hi parturiant:
Et nunc fastidiunt, quæ volebant,
Et *fortiter* *Ejuriunt*.
- 50 Heu! ingens rerum *Ornamentum*,
Et ævi decus pridem:
Quo tandem pacto hoc *perventum*,
Ut *Idem* non sit *Idem*?
- 51 Nam vix à quoquam quod narratur
Obventum olim *Somaio*,
Compertum erit si quærat
Oxonium in *Oxonio*.

(a) Dr. Reynolds. (b) Dr. Stamon. (c) Dr. Sheldon, postea Cant. Arch-Episc. (d) Dr. Hammond. (e) Dr. Bayly.
(f) Mr. Channel. (g) Dr. Greenwood Lippus. (h) Mr. Collier postea Bedellus qui Tortus fuerat per Chiliarch & Kelley.
(i) Dr. Oliver. (k) Dr. Goodwin, vulgo vocatus Dr. Nine Caps.

